

le. De fundis explicetur quod sint menturanti,  
verbi gratia iugerum, cuius qualitatis, an  
feraces tritici, vini, olei, an solum compasua,  
an sylva. De censibus dicatur, à quo empti,  
quanto pretio, quid reddant, & quantum, ubi  
fundati, quis fideiussor, quo tempore exigantur  
fructus. De locis montium, qualia sint, quot,  
quanti steterint, quantum reddant, quis de-  
positarius. Haec autem omnia si distinde in  
hoc libro describantur; ut inter descriptiones  
singulorum aliquot folia interponantur, in  
quibus decursu temporum, si quid mutatu  
fuerit, addi queat. In eodem libro successione  
(si forte sperentur) mentio fiat.

2 Primo quoque tempore visitet bona om-  
nia Collegij, diligenterque consideret, an ali-  
qua reparatione domus egeant, an opus ali-  
quod faciendum, quo torrentium, ac fluuio-  
rum irruptiones in agros arceantur: attentus  
sit, ne vicini aliquam in nostris fundis ser-  
uitutem acquirant de nouo, in praedijs rusticis,  
itineris, actus, viae, aquaeductus, ducendi pecoris,  
haurienda aquae, coquenda calis, fodienda arena:  
in urbanis vero, altius tollendi, stillicidium  
aruentendi, immittendi signum &c. easde ser-  
uitutes actiuas, si Collegium habeat, conserua-  
ri procuret.

3 quoad secundum bonos, ac fideles Colo-  
nos habeat, non nimis pauperes, aut inutili  
familia oneratos, nec, quantum fieri poterit, No-  
strorum consanguineos, aut affines. Praedia  
pe-

pecore maiore, ac minore sint instructa: vites,  
olea, arbores frugiferae locis opportunis de con-  
silio peritorum plantentur: curetque statis  
temporibus noualia praeparari, sementem fieri,  
segetes purgari, vineas putari, occari, repasti-  
nari, fossas exhauriri, atque in his omni-  
bus mores patriae obseruet, nec nouam aliquam  
culturae formam temere inducat.

quoad Tertium si inquam, eo potissimum  
tempore Collegij Praedia visitet, ac praesens ad-  
sit, quo fuges metuntur, seruntur, colligun-  
tur, vindemia fit, oleum exprimitur, neque  
nimium rusticis fidati eodem tempore a Colo-  
nis mutuo data repetat, & statis temporibus  
ab alijs Debitoribus, nec nimis indulgeat: mora  
siquidem soluendi longa concessa plerumque  
fiunt non soluendo. Opportune res necessarias  
ad victum comparet, ut Reg. 6. monet, ne eas  
non perinde bonas, aut non equo pretio  
emere postea cogatur: quicquid autem fugae  
in praedijs collectum fuerit, aut pecunia aptum  
Officialibus sic tradendum, ut sciant, se de ijs  
tertio quoque mense rationem reddi tuos:  
eritque sane repetenda, ut constet quantum  
tritici, vini, olei, casei &c. consumptum sit,  
quantum superbit: ab Emptore autem omnino  
quotidie expensarum ratione exigat.

4 quoad quartum, tametsi proprie ad Re-  
ctorem, ac Ministrum pertinet curare, ut in-  
sumptibus faciendis religiosa paruerit, ac bo-  
nae consuetudines seruentur; tamen Procura-  
tor